

inaure obrulit quia profecto redemptori nostro non obedit. qui innocens non est. et innocens non est qui ei obediri committit. et obedientia non seruiti metu sed caritatis affectu est. quia caritas virtutes omnes quasi optimum aurum cetera metalla transcendit. hęc Greg. Ex his igitur dictis colligere possumus quod neque valet aliquis virtutem obedientie perfecte adimplere. nisi prius studeat prospera mundi despiciere. et aduersa queque paciēter tolerare. In Richar-
ardus de sancto victore. Duo solent perfectos obedientie impedire. id est ne cogamur vel amata delerere. vel aspera tolerare sed si semel amore abstinentie animus vel patientie perfecte incaluerit. prius ad omnem obedientiam absque ulla contradictione se subdit. Qui enim tam aduersa propter quod in prosperis non delectari apud semetipsum statuit. que difficultas eius obedientiam ulterius minuetur poterit. Hęc richardus. Sic igitur pater de virtute obedientie. Filius

Abita iam informatio de obedientia que virtus sequatur hanc de hoc cupio edoceri.

Capitulum. IX Pater

Sire debes quod de obedientia oritur contemptus diuiciarum siue paupertas. quod quod fragit voluntatem propriam humiliter superioribus obediendo prompior erit ad contemptum rerum transeuntium paupertatem amando. Paupertas autem secundum dictum Iohannis Abbatis montis sinai est sollicitudinum depositio. cure vitę pretereuntis priuatio. itineratio sine impedimento. fundamentum pacis. mundicie semita. et qui gustant superiora facilliter inferiora contempnunt. qui vero illa non gustant et in possessionibus exultant. hęc Iohannes abbas. Et nota

tandum quod paupertatis virtus ad perfectionis integritatem tantum est necessaria ut nullus omnino sine ea possit esse perfectus. teste domino qui dicit. Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes. et da pauperibus. cum enim summa euangelice perfectionis consistat in excellentia paupertatis. quod se creditur apprehendisse perfectionis apicem. qui non dum particeps factus est euangelice paupertatis. ait namque Hugo de sancto victore. Quicquid perfectionis est in religiosis. inueniri non potest. nec tamen inuenitur perfectionis integritas. nisi diligatur paupertas. Sunt duo que quemlibet religiosum mouere debent ad paupertatis amorem. primum diuinum exemplum quod est irreprehensibile. Secundum est diuinum promissum quod est inenarrabile. primo mouere debet ad amorem paupertatis exemplum domini nostri ihesu christi. ipse enim pauper natus. moriendo. pauper puerfando. pauper moriendo. De cuius paupertate dicit apostolus. Scitis gratiam domini nostri ihesu christi. qui cum dives esset pro nobis egenus factus est. ut eius inopia diuites essemus. quod autem dedit nobis exempla paupertatis et terrena premedit. Dicit beatus Augustinus. Omnia terrena precepit deus homo ut ab omnibus hominibus premeditanda demonstraret. et omnia aduersa sustinuit ut sustinenda doceret. ut nec in illis quereret felicitas. nec in istis timeretur aduersitas. Beatus etiam Bernardus de christi paupertate sic dicit. Vide pauperem christi natum sine hospicio. iacentem inter bouem et asinum in presepio. inuolutum in vili panniculo. fugientem in egiptum. sedentem in asino. pendente nudum in patibulo. quod magna abusio est et nimis magna ut diues esse vellet miculus vilis propter quem deus maie

statis et dñs sabaorb pauper voluit fieri. **hxc ber.** Secundū qđ ad amorē paupertatis nos mouere debet est diuinus promissus qđ est inestimabile. quis eī potest digne exprimere verbis. corde concipere. manu scribere illā celestē gloriā. quā deus pauperibz et mundi cōtempzoribz se datuz. p̄misit. ip̄i enī ppter paupertatē voluntariā merēbūtur glorie p̄ditoris assistere et intrare in potētiās dñi. ī illa eterna tabernacula. in illas lucidissimas mansiōes. viz regni celestis. **Unde ip̄e dñs ait.** Beati pauperes spiritu. qm̄ ip̄oruz est regnū celoz. **Dicit et hxc beatus bern.** Ditiōr est cristi paupertas cūctis opibus cunctisqz thesauris. quid hoc preciosius inuenitur qua mimitū regnum celoz em̄ et diuina gratia acquiritur. **His** obtinere celum paupertatē āplectere et tuum erit. **Non autē paupertas** virtus reputatur s; paupertatis amor. **Beatus etiam Ambro.** de hoc sic dicit. **Qui** p̄tempserit secularia ip̄e merebitur eterna. nec pōt quisqz meritū regni celestis adipisci qui mundi cupiditate possessus. emergendi nō hz facultatem. **Et s̄m beatus Augu.** **Qui** terrena diligētī cura custodit. celestis patrie p̄xennem thesaurū amittit. quem thesauruz nullus hominū habere potest nisi qui pauperibz solatia prebet. aut per seip̄s pauper est. **hxc Augu.** **Unde** qui desiderat possidere vitam eternāz dimittat t̄palia et caduca. naz qui diligit creaturā offendit creatorē. et amittit eum qui creauit omnia. nemo em̄ potest in hoc seculo gaudere. simul et ī domino. vñ beatus Augu. **Non** amāt illi cristum. qui aliquid plus amāt q̄ cristuz. **Unde dñs.** **Qui** diligit patrē aut matrē plus q̄ me. non est me dignus. **Si** vis ergo tenere qđ non habes. et dimitte qđ habes vt amor cristi

fit in corde tuo. **Ecce** petis a deo et dicitis domine da mihi. quid tibi dabit. qui aliunde manus tuas videt occupatas. **Ecce** dominus vult dare que sua sunt. et nō habet vbi ponat. **Dimitte** qđ quod tenes et accipies quod queris. **dimitte** temporalia et caduca et accipies eternam et p̄petuam vitam. **auarus** em̄ amat aurū pl̄ q̄ animā suā. tu cristiane ama cristum plus q̄ animā tuā ille feruet in amore auri. tu ferue in amore cristi. **Impius** dū diligit creaturā offendit creatorē. et amittit eū qui creauit omnia ex nihilo. **Nemo** pōt in seculo gaudere et in domino. qm̄ enim gaudet in domino nō gaudet in seculo. **extra** vincat gaudiū in dño donec finiatur gaudium in seculo. gaudiū in dño sp̄ augeat. gaudiū in seculo semper minuat. donec finiatur. non iō ista dicantur quoniam cum sumus in hoc seculo gaudere nō debemus sed etiam in hoc seculo constituti iāz in domino gaudeamus. **hxc Augu.** **Et** notandū qđ paupras et abdicatio p̄prietatis maxime pertinet ad religiosos. nā cum mundo renunciant. ipsum deum suam p̄prietatem esse constituunt. vt ipsi illius p̄prietatis p̄sequēter efficiantur. **Unde** monachus debz abicere nūmum vt possit in corde suo recondere cristum. nō solum autē debet esse paup̄ habitu nihil p̄prietatis habendo. sed etiā affectu nihil hoz que in mūdo sūt cōcupiscendo. **Cedat** terrena pecunia vbi celestis thesaurus admittit. vacet domus cordis a cupiditate vt celestibus bonis valeat adimplere. tales se religiosi p̄ obseruatiā paupertatis et cōtēptū mūdi exhibere studeāt. vt pars et portio illoz possit esse cristus. **De** hoc beatus Hieronimus. **Tales** se debent exhibere monachi vel clerici vt possideant dñm. et ip̄i a dño possideāt. **Qui**

em possidet dominus et cum propheta dicit. Pars mea dominus nihil extra domus habere potest. quod si quippiam aliud habuerit propter dominum pars eius non erit dominus. verbi gratia si aurum vel argentum si possessiones si variam superpellectilem cum istis partibus dominus esse dedignatur. Dicit hoc etiam petrus damiani. Qui ad ea que reliquit terrena querit congregando reuertit. sicut alienus est a seculo quod decreuit excutere. ita etiam regno dei ultra aptus non est quod in dubitater acceptum voluit possidere. cum enim mundo renunciamus. proprietatem nostram deum esse constituimus. et nos illius proprietatem consequenter effecti sumus ut ille esset portio et nos peculiaris hereditas sua. Dicimus enim portio mea domine. Et ille nobis. Opus manuum mearum tu es hereditas mea israel. Si ergo portio nostra ipse omnipotens deus esse dignatur quid rogo diuiciarum genus quippiam valebit acquirere. quod super hunc singularem thesaurum merito debeat cumulare. Thesaurus namque ille huiusmodi. ut si solus sit omnes in illo diuicie valeant veraciter possideri. in pectore namque ihesu omnes thesauri sapientie et scientie sunt absconditi. Si vero alienas ac peregrinas diuicias super hunc is qui potius stipare voluerit illi co vilis et ignobilis copie dedignatur omnino portio et indigni gubernatis imperatorem dum retineri putat amittit. atque hoc modo ex frustrati auolat manibus possessoris nemo enim potest deo seruire et manum deum. quod propter monachum in suo loculo recodere christum. excute prius numerum. neque enim in vno receptaculo congrue sociant. nam si vtrumque simul includeris. alter sine altero vacuus possessor inuenies. Quanto quippe in egenis mundi lucris copiosior fueris. tanto a veris diuicijs eripiosius inanescis. Numus

si est. in aliena prius intra cedat ut vacuam tui pectoris archam christus inueniat magnus namque hospes in diuersorum tui querit angusta descendere. atque idcirco solus vult et sine consortibus habitare. Quem enim celi terreque non valet vastitas capere. quo pacto in exiguo tui cordis agulo miseris illi peregrinos ad cohabitandum socios adhibere. Cedat terrena pecunia. ubi celestis thesaurus admittitur. vacet excetra cordis que celesti mercimonio possit impleri. Deat ergo te o miles tristi picture in hoc seculo facultate ditescere. ne in futuro cogaris nudus et inops mendicare. Hec petrus damiani. Pauci ergo sunt tales qui ita renunciant seculo ut christum possint possidere. oportet namque valde alienum illum esse a peccato et a mundi cupiditatibus ac ceteris vicijs. cuius portio debet esse christus. unde dicit beatus Ambrosius. Quam rarus in terris qui possit dicere portio mea deus. qui alienus a vicijs. qui segregatus a labe peccati. qui nihil habeat commune cum seculo. qui nihil sibi mundi vendicat. qui non sit corporalium possessor cupiditatis quem non inflamat libido. non stimulat auaricia. non etiam luxuria discolorat non sternat ambitio. non maceret invidia non negotiorum secularium aliqua cura sollicitet. Hec Ambrosius. Qui vult deum possidere renunciet vicijs et mundo ut sit deus eius portio ac possessio. et tale se exhibeat pro vite sanctimoniam. ut deus delectatur habitare in eo quod nemo potest possidere deum nisi ipse prius possideatur a deo. De hoc dicit beatus Augustinus. Ille quem possidendi delectat ambitio. deum qui possidet omnia que creauit. expedita mente possideat. et in eo habebit quodcumque habere sancte desiderat. Sed quod nemo possidet deum nisi qui possidetur a deo sit ipse prius possidet

no dei et efficiat ei deus possessio et portio. Et quid potest esse felicius eo cui efficitur suus portio census. et hereditas esse dignatur ipsa diuinitas. Deinde qui ultra querit cui omnia suus portio sit. aut quod ei sufficit. cui ipse non sufficit. Hunc possidebat et ab eo possidebat ille qui dicebat in spiritu portio mea dñe. Et dñs pars hereditatis mee et calicis mei. Et ipse cum dicit filius leui non habebunt partem inter fratres suos. ego dñs portio eorum. ibi satis ostendit quod hi qui terrenas hereditates contempserunt portiones domini mereantur specialiter possidere. cuius ditati muneribus omnia que preclara habentur in hoc mundo fastidiunt et ipsi possidere et ab ipso possideri. eo solo profui atque illa adhibere inseparabiliter concupiscunt. Unde datur intelligi. quod qui bona temporalia et seculi gaudia peritura sectatur. ac diligit. que et quanta sit diuine dulcedinis multitudo non didicit. Ergo qui vult deum possidere. renunciet mundo. ut sit deus eius possessio. Propterea enim voluit cultores suos deus omnibrenuciare. propter que diligitur mundus. ut exclusa mundi cupiditate. diuina in eius caritas possit augeri et proficere. hxc **Au.**

Portet ergo illum hominem amoris et temporalium vincere. qui in deo delectatur delectari. quod quanto quis valius per affectum inordinatum inclinatur ad infima. tanto magis frigescit ad summa. Affirmat hoc beatus greg. xviii mo. sic dicens. Qui terrenarum rerum amoris revincit in deo nullatenus delectatur. Esse sine delectatione anima non potest. nam aut in infimis delectatur aut in summis et quanto altiora studeo exerceat ad summa tanto maiori fastidio torpescit ad infima. quantoque acriori cura inardescit ad infima. tanto tepore danabili frigescit a summis. utraque enim simul et est

qualiter amari non possunt. hxc grego.

Ut ergo amor diuinus robustius in corde accendatur. necesse est ut omnia terrena per contemptum a mente excludantur. Unde beatus Augustinus. tunc diuini amoris in unum collecta incendia felicitate roborantur sereno solo adamoto. cetera omnia contemptui habita excludantur.

Notandum etiam quod prospera huius mundi sunt timenda nam successus rerum temporalium est eterne damnationis indicium quod difficile est ut presentibus quis et futuris profuatur bonis. ut dicit beatus greg. Successus iste temporalium est eterne damnationis indicium. Boni autem prospera veniunt ad patriam. Et beatus Hieronimus. Difficile est ymo impossibile. ut presentibus quis et futuris profuatur bonis. ut de deliciis transeat ad delicias ut illicentrem illic mentem impleat. ut in utroque seculo sit primus et in utroque appareat gloriosus. hxc Hieronimus. Unde cum deest substantia corporalis. non est dolendum sed magis gaudendum. quod tanto liberius ad celestem patriam peruenimus quanto minus rerum transuentium ponderemur. Unde beatus greg. Cum deest substantia terrena. de qua eterno iudicio rationem ponam. liberius ad patriam tendimus. quod quasi in via pondere caremus. hxc greg.

Si quis igitur vult sequi vestigia christi. vendat substantiam terrenam si quam habet et nudus nudum sequatur christum. Ad hoc hortatur beatus Hieronimus sic dicens. Si habes substantiam vende et vende et da pauperibus si non habes graui onere liberatus es et nudum christum nudus sequere durum grande difficile. sed magna sunt premia hxc Hieronimus.

Qui etiam vult vincere temptamenta maligni spiritus diligat pauperatem ut expeditus ab omni onere et impedimento facilius possit superare reprobationem. De quo dicit beatus greg. Nudi cum nudo

y .iiij.

nos lucrari oportet. nam si vestitus qui
libet cum nudo luctatur. ad terram deiciatur.
quod habet unde teneatur. quid autem sunt
terrena omnia. nisi quidam corporis vestimenta.
Qui ergo protra alterum ad certamen
perat vestimenta abiciat ne succubatur.
Beatus est ergo secundum dictum beati bernardi.
Qui post illa non abiit que possessa one
rant. amata inquinant. amissa cruciantur
quia dum transeuntia appetunt desideriorum
suorum se pondere affligunt. Sancti autem qui
temporalia non amant. nulla potest
vera desideriorum terrenorum tolerant.
De hoc beatus gregorius. vi. mo. super illud
verbum. homo ad labores nascitur sic
dicens. In hac itaque vita homo ad laborem
nascitur. quod carnalis quisque dum
transeuntia appetit. desideriorum suorum
se pondere affligit. gravis quippe labor
est. hanc ipsam partem vite gloriarum que
rere. questam quamque percipere. et precepta
circumspectione custodire. Grauius labor
est cum hoc magna fatigatione apprehendere.
quod is qui apprehenderit. nouerit
diu stare non posse. Sancti autem viri
qui transeuntia non amant. non solum
nulla temporalium desideriorum pondera to
lerant. sed et si qua aduersa surgunt. in
ipsis suis pressuris et languoribus non
laborant. Quid enim flagellis durius.
et tamen de flagellatis apostolus scriptum
est ibant gaudentes etc. Quid ergo cor
rum mentibus labor est. quibus et penarum
beatorum labor non est. Homo ergo ad laborem
nascitur. quod ille huius mundi veraciter
mala sentit. qui eius bona inibi
anter appetit. nam cuius mens ad alta
suspenditur. sub ipso est quicquid exterius
protra ipsam mouetur. hoc gregorius. Unde
magna est securitas mentis nihil concupiscentie
habere rei secularis. quod si ad
terrena adipiscenda cor anxietat. tranquillum
esse nullatenus potest. Quod ratur
beatus. Gregorius. xxij. moralium sic

dicens. Magna est securitas cordis in
bilibi concupiscentie habere rei secularis.
nam si ad terrena adipiscenda cor in
byat tranquillum esse nullatenus potest
quia aut non habita concupiscentie habeat
aut ad epta metuit ne amittat. ut dum
in aduersis sperat prospera. in prosperis
formidat aduersa huc illucque qua
si in quibusdam fluctibus voluitur ac p
modos varios rerum alternantium mira
biliter versatur. Si vero simul in appe
titione superne patrie forti stabilitate
animus figitur. minus reprobis temporalium per
turbatione vexatur. a cunctis quippe ex
ternis motibus eadem intentionem suam
quasi quendam secretissimum secreta
pecit. ibique incommutabili interiore
mirabilia cuncta transcendens ipsa tra
quilitate quietis sue in mundo extra mu
dum est. Excedit profecto yma omnia
interiore summorum in cunctis rebus. quas
non appetit. libertate quadam super se se
sentit. nec tempestates rerum temporalium in
tus sustinet. quas intuetur foras. quod ter
rena omnia que concupita mente op
primere poterant. despecta subiacent.
Cum per prophetam dicitur. Statue tibi spe
culum ut dum quisque speculatur summa
superineat infima. hunc etiam Abba
cuc. dicit. Super custodiam meas scri
bo. Frat quippe super custodiam suam quod p
solerciaz discipline terrenis desideris
non succumbit. sed superinnet ut dum
semper stantem appetit eternitatem infra
fit ei omne quod transit hoc gregorius. Talis
namque qui terrenis rebus pro amore non
subiacet cum subtrahuntur aut amittuntur
non dolet. qui deo eas diligit cum ab
late fuerint gemit. unde beatus gregorius. Sine
dolore amittitur quicquid sine amore
possidetur. Que vero ardentem diligimus.
habita. grauius superamus ab
lata. nam quanto magis terrena quis
diligat. tanto priuari vel mentius p

timefcit & quāto mens in aspectu cele-
stius fortius figit. tanto minus rerum
tpalium p̄turbatiōe exatur. Dicit eti-
am de hoc prosp. Boni t̄paliis amissio
fit iusti exercitiū. & iniusti supplicium.
q̄z & iustus celestium desiderio captus
omnia t̄palia siue habeat siue amittat:
omnino nō sentit. & iniquus q̄d cuius de-
lectatiōe habuit sine dolore nō perdit.
S facinus inauditum suauis iugo x̄pi
p̄empto ferreū cupiditatis imperiū
voluntaria mentiū indignatiōe suscipi-
mus. & abiecto d̄m̄ nostri leui onere.
q̄d subiectos nō onerat. sed honorat. n̄
deprimat om̄ino sed subleuat. plumbe-
um pondus ceruicibz nostris aggrega-
mus. quod citius deponi p̄t q̄ ferri qz
ipsa cupiditas p̄temmi p̄t. facilius q̄
expleri. h̄c prosper Cauenda est ergo
p̄cupiscentia diuitiarū qz diuitie p̄-
fessores suos non faciunt sed magis ir-
ritant & cruciant. Unde dicit valerius
diuitie nō faciunt sed magis irritant
possidentē. Et damasus nulli est dubi-
um. q̄n maior fit cruciatus auari oīa
possidētis q̄ paup̄is penitus nihil ha-
bentis. De eadem paup̄tate etiam di-
cit seneca. Donestas res est & leta paup̄-
tas. qui cū paup̄ie bene p̄uenit. diues ē
Non qui parū habet sed qui multa cu-
pit paup̄ est. Que sunt maxime diui-
tie. nō desiderare diuitias. Quis plu-
rimū habet. is qui minimū cupit. Que
maxima egestas. auaritia. pecunie im-
pare oportet nō seruire. Utendū est di-
uitijs nō abutendū. Fortior est qui cu-
piditatē vincit q̄ qui hostem subijcit.
Est em̄ difficillimum seipsum vincere.
pecunia nō faciat auariciā sed irritat.
ido semp̄ indiget pecunia. mihi crede
nō potes esse diues & felix. Scire v̄ri
paup̄tate maxima felicitas est. Vult-
ū est nō corūpi diuitiarū p̄turbatio.
Magnus est ille. qui in diuitijs paup̄-

est. Nemo alius est deo magis dignus
q̄ qui opes cōtēpsit h̄c Seneca. In-
felix ergo est qui inhxret diuitijs & re-
bus transitorijs que diu cū homine p̄-
manere nō possunt. nam fallaces sunt
& se diligentes decipiūt. v̄n bea. greg.
Fallaces diuitie sunt. q̄ nobiscū diu
permanere nō possunt fallaces sunt. q̄
mentis nostre iopiā nō expelliūt. So-
le autem diuitie sunt. que nos diuites
virtutibz faciūt Si fratres carissimi
diuites esse cupitis. veras diuitias a-
mate h̄c greg. Vere autē di-
uitie sunt sancte d̄tutes. que homines
in p̄sc̄ia diuites faciunt. De talibz di-
uitijs dicit beatus aug. Bona consciē-
tia. iusticia. misericordia. castitas & so-
brietas. qui talibz rebz plenus est. di-
ues erit. etiaz si de naufragio nudus
exierit. h̄c aug. Et beatus Bernardus
Filiū Adam. genus auarū & ambitiosū
audire. q̄d v̄bs cuius terrenis diuitijs
et gloria t̄pali que nec vere nec v̄stre
sunt. Vere diuitie nō opes sunt s̄z vir-
tutes. quas secum portat consciā. vt ē
perpetuum diues fiat. h̄c Ber. Tales
igitur diuitie nobis desiderande sunt
que animam ornant. id est d̄tutes sunt
quibz nemo habē dare potest nisi p̄ri
renunciet carnalibus diuitijs De hoc
dicit Prosper. ille nobis abiēde sunt
diuitie. que nos ornare possunt. vt sūt
diuitie virtutū. patrimonium em̄ cor-
dis diuitie sunt incorruptibiles mox
quibz non habundant nisi qui carnali-
bus diuitijs ex corde renunciat. h̄c p̄-
sper. De sunt diuitie videlicet d̄tutes
quas debet vnusquisqz cū diligenti stu-
dio p̄quirere qz fm̄ dictum beati Ber.
Nulla paup̄tatis p̄niciosior est q̄ pe-
nuria virtutum. v̄n valde cauenda est
auaricia. que homines agitat & nulluz
quietum esse p̄mittit. qz nō habentes
diuitias cupiditate torquentur. possi-
y .iiij.

dentes vero eas sollicitudine cruciatur. Idcirco amare et requirere sunt virtutes. qui se possidentes beatos efficiunt. **U**n maximus. Cuius quippe homines. quos agitar auaricia. nullum de his quietum esse permittit. **H**i enim qui nihil habent cupiditate torquent. illi qui diuitias possident. sollicitudine cruciatur. **Q**uid igitur fratres putatis habere auri diuitias. Ego dixi maiores esse diuitias. non habere aurum. **P**reciosior enim mens est. que aurum respicit quam que aurum requirit. **M**aiores plane sunt diuitie non habere aurum. sed aurum habere eminere. **Q**ui enim propriis habundat bonis secularibus sauros non requirit. **B**ona enim propria. honestas. sobrietas. misericordia. castitas. que bona omnia auro sunt magis preciosa. quibus argenti vasa comparari non possunt. **H**onestas vero non emittit sed acquiritur quia non constat precioso sed virtute hinc **M**aximus. **U**n diues in conscientia securius quiescit in terra quam diues in purpura teste beato **A**ug. **N**otandum quod triplex est abrenunciatio quam describit hugo. de sancto victo. **E**xponens illud. **E**ri de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui et sic dicitur **D**e terra nostra eximus quoniam ea que foris possidentur terrena bona dereliquimus. **D**e cognatione nostra eximus quoniam vicibus que in nobis et ex nobis nata sunt renunciamus. **D**e domo patris nostri eximus quoniam mundum omnes et ea que in mundo sunt. presens cogitatione nostra sequestramus. et omnem animi intentionem in sola eterna defigimus. hinc **H**ugo. hinc autem triplex abrenunciatio specialiter principum monachos et ad religiosas personas. in qua virtute tenent se exercere et cum omni studio per valent et dominum donauerit adimplere. unde pasquicius abbas in collatione sua sic dicit. **D**e abrenunciacionibus differentiis conditiones tres esse

et patrum traditio. et sanctarum scripturarum demonstratio auctoritas. quasque unumquemque nostrum omni studio oportet adimplere. **P**rima est. que corporaliter uniuersas diuitias mundi facultatesque preuenimus. **S**ecunda qua mores et vitia affectusque pristinos animi carnisque respicimus. **T**ercia qua mentem nostram de presentibus uniuersis et visibilibus euocantes futura tantummodo preplamur. et que sunt inuisibilia percipimus. **Q**ue tria ut filii proficiamus esse **A**brahe legimus dominum precepisse cum dicit ad eum **E**ri de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui **P**rimum dicitur de terra hoc est de facultatibus mundi et bonis terrenis. **S**ecundo de cognatione tua id est conuersatione tua et moribus vicibusque prioribus. que nobis a nostra naturalitate coherentia velut affinitate que dicitur et consanguinitate cognari sunt **T**ercio de domo patris tui. id est omni memoria huius mundi. que oculorum occurrit obtutibus. quod ita fit. cum mortificati cum christo ab elementis mundi butus contemplamur sicut apostolum iam non ea que videntur sed que non videntur. que enim videntur temporalia sunt. que autem non videntur eterna sunt. **E**t exeuntes corde de hac temporalia ac visibili domo in illam que sumus permansuri nostros oculos mentesque dirigamus. quod tunc implebimus. cum in carne ambulantes non secundum carnem militare ceperimus domino. iam beati apostoli sententiam opere ac virtute clamantes nostra conuersatio in celis est. **H**ec pasquicius. **Q**ui igitur vult frui etiam in presentis vite dulcedine dei et in semet ipsam spiritum sanctum suscipere. non solum debet omnem terrenum et quod delectat in seculo pretemnere. verum etiam seipsum abnegare ac contemnere. de hoc dicit beatus **A**ugustinus. procedat spiritus sanctus in me dominus et dicat amatori suo. vis me frui volo. pretemne quodcumque terrenum contempnere

parum fecisti. quid amplius. stemne
 quodcumque delectat. precepti. ad huc pa-
 rum fecisti. Et dixit amplius stemne
 te ipsum. precepti. iam multa fecisti. sic
 inuenisti me hxc Aug. valde namque pla-
 cet deo talis humiliatio. quando homo
 propter deum premit seipsum unde Beda
 Nullas deo gratias hostias ymmola-
 mus. nisi sibi in preceptu nostri ac vi-
 lipensione humili placeam. dicit de
 hoc fortunatus Ad hoc ut cristo digne
 seruiam. digne viuam necesse est. ut pro
 cristo me viuaciter totaliter stemnam
 quod nemo cristum sequit. nisi carne sua
 crucifigat. nemo autem se crucifigit ho-
 minum nisi per suum ipsum felicem. pbabilemque
 preceptum hxc fortunatus **U**nde
 qui perfectus monachus esse desiderat
 oportet ut non solum renunciet omnibus que
 possidet. sed etiam ut moriatur mundo.
 et semetipsum abneget. testatur hoc bea-
 tus Iheronimus qui sic dicit **S**i quis
 diligit cristum. si quis verus est cristia-
 nus specialiter sacerdos et monachus
 in quo tamquam in speculo relucet perfectio
 non solum renunciet omnibus. que possi-
 det sed etiam abneget semetipsum ita ut
 mortuus sit toti mundo. oportet namque
 hominem. qui capere vult perfectionem
 et tenere. ita mortuum esse mundo ut tamquam
 mortuus nichil de rebus secularibus sen-
 tiant. ita ut cum apostolo dicat **N**ostra puer-
 satio in celis est **T**racus nos oportet per
 multas tribulationes acquirere regnum dei
 Erant in via qui per diuitias et delicia-
 as festinant ire. **S**ignum manifeste da-
 nationis est in hoc mundo sua bene pla-
 cita aliquem assequi. et a mundo dili-
 gi. hxc Iheronimus **C**irca quod **S**ci-
 dum quod quis preceptores mundi et perfec-
 ti. viri propter excellentiam meriti copi-
 osiorem gratiam et habundantiores sola-
 tionem spiritualis dulcedinis a domino recipi-
 unt. propter hoc tamen non priuantur etiam

minus perfecti. quod peccatores post emen-
 dationem viciorum. post executionem
 bonorum operum. consolationem anime
 sue et gratiam etiam ipsi consequuntur
 a domino. **M**inor tamen est illo qui se-
 per contemptum mundi et temporalium rerum se-
 gregat a mundo. **D**e hoc Isaac abbas
 sic dicit. **E**sto liber a multa solli-
 citudine corporis. rerumque perturbacione. ut
 delectabilem degustacionem in anima tua
 degustes per dulcem considerationem. que
 exuperat omnem sensum. et sentiat eam
 anima perseverando in ipsa. nisi enim
 homo destruat a corde suo sollicitudi-
 nem secularium preter necessarium vo-
 sum nature. ac dimittat dominum cura-
 re de ipsis. spiritualis ebrietas in ipso
 non mouebitur. et consolationem il-
 lam non sentiet de qua erat apostolus
 consolatus quando dicebat. **N**ostri
 conuersatio in celis est. **E**t iterum **U**nde
 ego iam non ego. viuit vero in me cris-
 tus. **H**ec autem dixi. non succidens
 spem ita videlicet quod nisi quis atrigat
 summitatem perfectionis non prome-
 reatur gratiam dei aut sibi consolati-
 onem inueniat occurrentem. **I**n veri-
 tate enim cum aliquis commissa publica-
 uerit et ab eis se elongauerit omnino.
 et accesserit constanter ad bona in mo-
 dico tempore sentiet auxilium. quod si per-
 seuerauerit aliquantulum inueniet con-
 solationem anime sue. et remissionem
 peccaminum consequetur. et habundantiam
 recipiet bonorum. et gratia dig-
 nus fiet. **V**erumtamen minor est illo
 in comparatione apud perfectionem
 qui seipsum segregat a mundo. et inue-
 nit in anima sua beatitudinis secretum
 et comprehendit illam rem pro qua cris-
 tus aduenit hxc Isaac abbas
Unde notandum quod duo sunt
 genera iustorum **S**unt namque nonnulli qui
 sic celestia appetunt ut tamen a terrenis

spe minime distant patrimonium et res sibi a domino traditas ad necessitatem sibi possident. et tamen ad res ipsas quas possident ex desiderio non obligantur. Et sunt nonnulli qui ad prebendam dum culmine perfectio accincti terrena derelinquunt. rebus habitis se nudant et solatio de exterioribus habere nolunt. De talibus beatus Gregorius viii. mo. exponens illud. Desperavi nequibus ultra iam viam sic ait. Sunt nonnulli iustorum. qui sic celestia appetunt. ut tamen a terrenorum spe non frangantur. largita diuinitus patrimonium ad necessitatis subsidium possident. honores temporaliter inpenso tenent. aliena non ambiunt. suis licite utuntur qui tamen ab eisdem rebus quas possident alieni sunt quia adhuc ipsa que possident ex desiderio non tenent. Et sunt nonnulli iustorum qui ad prebendam dum culmine perfectio accincti dum aliorum iterius appetunt exteriora cuncta derelinquunt. qui rebus habitis se nudant. gloria honoris expoliant. qui in terrenorum desiderio per assiduitatem se animum merito afficiunt. habere de exterioribus consolatio nolunt. qui in terrenis gaudeo dum mente appropinquunt. vitam in se fundit in corpore delectationis necant talibus namque per Paulum dicitur. Mortui enim estis et vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Huiusmodi voces psalmus expresse rat cum dicit. Concupiscit et deficit anima mea in atriis domini. Concupiscit enim sed non deficit qui iam quidem celestia appetit sed adhuc a terrenorum delectationibus minime laxat. Concupiscit vero et in dei atriis deficit qui cum eterna desiderat in amore temporalium non perurat. hinc veritas dicit. Si quis vult venire post me abneget semetipsum. Bene ergo dicitur. Desperavi etc. Iustus quippe proprium est desperare peccatis vite bona. electorum deserere. mansura querere. et in

rebus temporalibus fiduciam non habere qui hoc agens nequibus se ultra vivere asserit. quia vicia vniuersaliter morte quotidie a vita se passionis occidit. hoc Gregorius. Ex quibus verbis colligere possumus quod ut quibus in se placet deo et retinet licita terrena quibus tamen processum est ut secularibus vel aliis dummodo illas non preponat deo vel qui premanet perfecte mundum et abrenunciant proprietati. ut sunt monachi et omnes religiosi. qui fugientes seculum solium deum et celestia diligunt. multo magis tamen acceptiores sunt deo isti. qui prestantes et relinquentes omnia seculi sunt christum. quibus illi qui possidentes terrenam substantiam et elemosinam faciunt et a prauis operibus se custodientes viuunt et peruersantes in seculo. quia qui laudabiliter conuersantur in hoc seculo amici dei sunt. Qui vero premanet mundum et ea que in mundo sunt et soli deo adhaerere per amorem et vacare per contemplationem desiderant. carissimi domini nuncupantur et sunt. Et ista tangit beatus Gregorius super cantica exponens illud dicitur. Comedite amici et bibite et inebriamini carissimi sic dicit. Qui comedunt et bibunt et inebriantur carissimi esse prohibent. In quibus verbis intelligi dicitur quod in hoc loco comedere bonum est. sed bibere et inebriari amplius bonum est. Sunt enim quidam in sancta ecclesia. qui sic diuina audiunt et celestia plusquam terrena amare discunt pro eorum desiderio multa pauperibus tribuant. a prauis se operibus custodiant. nulla aliena violenter rapiant ecclesie predicatio libenter audiant. fide se instruant quam et operibus sanctis exercitant et cum uxores habeant. pignora nutriant et suas res diligant. quibus his oibus deum preponant. Hi profecto comedunt et amici sunt. et sanctas scripturas audientes et electorum sibi assumunt ut si ad sumum

nam refectōis adhuc nō resurgūt. tam
 men sū modū suū pfecti in pceptis
 diuinis sine crimine viuūt. **S**unt do
 alq̄ qui tanta auiditate scripturaz au
 diūt vel legūt vt protinus cūctis operi
 bus abdicatis sola celestia ambiāt pa
 rentes. vxores. dños. filios ⁊ omnia
 transitoria abhñciunt. solūmō crīstum
 sequi ⁊ amplecti p̄cupiscūt. eius desis
 terio se affligūt ieiunqs. afficiūt lacri
 mis. exerceant meditatioibz diuinis. so
 la que sunt eterna cogitāt. p̄tēplatioibz
 bus vacant ad hoc laborātes vt ea que
 retro sunt obliuiscētes in āteriora ma
 gis se extēdāt. quo pfecto isti qd aliō
 agunt nisi bibētes inebriāt vt dū om̄
 nia terrena p̄ desiderū obliuiscūt. ius
 rea sponso celesti non tm̄ amīcū cari
 mereāt s̄ eē km̄i hęc grē. **X** Tales
 eriaz viri p̄tēptores mūdi ⁊ sequaces
 crīsti qui p̄pter amorē dei in hoc secu
 lo magnā penuriā sustinent ⁊ aduersa
 paciunt in extremo cū dño iudices ve
 nient. ⁊ ceteros cū dño iudicabunt. de
 hoc beatus grē. x. mo. exponens illud.
Lampas p̄tempta ap̄d cogitatioes di
 uitū sic dicit. **S**epe cōtingit vt iustus
 qz ad eternā felicitatē ducit. cōtinua
 hic aduersitate deprimatur nō hūc res
 tum habūdantia fulceat. nō dignitatē
 tum gloria honorabilē ostendat. nulla
 ei obsequenciū frequēcia superat. n̄
 la hūc hūanis oculis veltiū pōpa p̄p̄
 nat. a cunctis nō desperatus cernitur.
 ⁊ huius mūdi gratia idignus estimat
 tur s̄ euz añ occultis iudicis oculos
 s̄tunibz emicat. vite meritū ch̄zuscāt
 honorari meruit. despicī non refugit.
 corpus p̄tēptia afficit. sola in añō di
 lōe piguescit mētē sp̄ ad patiaz p̄pat
 ⁊ p̄ iusticia de pceptis p̄tēptis exultat.
 afflictiō ex corde p̄parit. de bonos
 rum p̄speritatibz quasi de p̄p̄s letat.
 sacri b̄bi pabula in mētē sollicitū rumi

nat. ⁊ inquisitus a quolibet eloqui dul
 citer nō ignorat. **B**ene ergo iusti sim
 plicitas ⁊ lampas esse d̄ ⁊ p̄tempta
 quia interior lucet. ardet flāma carita
 tis. foris nulla gloria resplēdet deco
 ris. **L**ucet ergo ⁊ despicit qz flagrans
 virtutibz ab eis non estimatur. **V**en
 tes quippe carnalibz pensare bona nō
 valent nisi que carnaliter vident. **S**z
 notandū qd sequitur. parata ad tem
 pus statutū. **S**tatutū quippe contemp
 te lampadis. tempus est extremi iudi
 cii p̄destinatus dies. quo iustus quisqz
 qui nūc despicitur. quāta potestate ful
 geat demonstrat. **T**unc em̄ iudices cū
 dño veniunt. qui nunc p̄ deo ini iusteu
 dicantur. tunc eoz lux tanto lacius e
 micat. quanto eos nunc manus perse
 quentiū durius angustat. tunc repro
 borūz oculis patefecit qd celesti potesta
 te subnixi sunt. qui terrena sponte om̄
 nia reliquerūt. **U**n̄ electis suis veritas
 dicit. **V**os qui securi estis me ⁊ cetera
Quia quisquis stimulo amoris diuini
 excitatus hęc possessa reliquerit. il
 lic proculdubio culmen iudiciarie po
 restatis obtinebit. vt simul iudex cum
 iudice veniat qui nunc consideratōne
 iudicij sese spontanea paup̄tate casti
 gat ⁊ tales veritas iam nō famulos s̄
 amicos denunciat dicens. **J**am nō di
 cāms seruos sed amicos meos. **Q**uo
 ciens itaqz nūc pro amore exercitatis se
 se humiliet libenter tot tunc in iudi
 cio lampades ch̄zuscant. **D**icat igit
 lampas p̄tempta ⁊ cetera. quia vniū
 cuiusqz anima velut abiecta contemni
 tur. dum de gener inferiori gloriā nō
 habet. sed admirabilis cernitur dūz de
 sup̄ fulget. hęc grē. **A** **N**otādū eē qd
 sūt q̄ sūt papes rebz ⁊ non spiritu. q̄ li
 benter diuites essent sed non possunt
 vt sunt pauperes mundi ⁊ tales non
 sunt beati qz quibz pauperes sūt i sub

stantia terrena. auarissimi tamen sunt in inordinato affectu. De talibus sic dicit basilius. Non omnis quem pauperas premit beatus. sed qui crisi preceptum mundanis preterulit opibus. plures enim sunt pauperes in substantia. auarissimi vero secundum affectum. quos non saluat pauperas. sed affectus dampnat. hec basilius. Unde illi sunt solus beati. qui esuriam et paupertatem pariunt. propter regnum celorum. teste beda qui dicit. Qui propter diuitias hereditatis christi. propter panem vite eterne. propter spem celestium gaudiorum fletus esurietis paupertatem desiderat. beatus est. Multo autem beatiores. qui has virtutes iter aduersa amplecti non trepidat. hec beda. Qui igitur pauperes ex seueraciter volunt. necesse est ut humilitatem patientiamque in sua penuria habeant. quia sicut humilitas facit diuites pauperes spiritu. ita superbia facit pauperes diuites ac superbos mentis affectu. Unde dicit beatus augustinus. Pauper in multis diuitis est. diues humilis spiritu. nihil habens quasi diues pauper superbus mentis affectu. Dicit etiam de hoc cassiodorus. Pauperes dei sunt qui mundana superbia derelicta. humilitati se pro omnia tradiderunt. Nam et si pauper superbiat. non est dei pauper. et si locuples humilitatem diligat non est seculi diues. Voluntates enim talium sunt inspiciende non nomina. hec cassiodorus. **U**n habere diuitias non est peccatum. sed seruire diuitiis pro affectu inordinatum eas diligere. De hoc dicit quedam glosa habere diuitias licitum est sed non seruire. diuitiis ei seruire est deum negare. Et beatus gregorius. Non est cessus in crimine sed affectus qui ergo possidet diuitias terrenas et nondum valde eas relinquere. utatur illis licite ad gloriam dei. et non apponat animum. ut illas diligat pro inordinato affectu. Ad hoc hortatur. beatus gregorius. sic dicens. Noli

te fratres possidere propter desiderium que pro usum adhuc minime reliquistis. spes in solo redemptore figite. ad eternam patriam mente transite. Si enim nihil in hoc mundo amando possideris. etiam possidenda cuncta reliquisti. hec gregorius. Nam qui possidet diuitias. nec tamen cor apponit. ut illas amet sed prius sub se calcet eas suum affectum ab illis remouendo. hic talis in corde suo locum facit deo suo. Unde beatus augustinus. Diuitie si affluant nolite cor apponere. diuitie si abundant. calca eas. et suscipe spiritum ex deo tuo. cum enim eas subter habueris et ex illo propterderis cum fuerint subtrahere. non cades. Abstinemus ergo nos fratres a possessione rei priuate aut ab amore. si non possumus a possessione. et facimus locum domino. nihil enim gratius ei possumus offerre. quam ut dicamus ei illud ysaias. posside nos. hec augustinus. Et sicut malis diuitie impediunt salutem. ita bonis sunt adiumenta salutis. quia pro bonis omnia cooperantur in bonum. Unde beatus ambrosius. Si diuitie impediunt salutem sunt vitia. ita pro bonis sunt iumenta vituribus. De hoc dicit quedam glosa. Si temporalia bona iustis subtrahuntur. ad probationem est. si dantur ad gratiarum actionem est. quia bonis omnia cooperantur in bonum. hec glosa. Quicumque ergo habuerit diuitias. cui tamen concessit se sunt habere. utatur illis ad necessitatem non ad voluptatem et hoc in timore dei et magis studeat dirigere affectum suum semper ab diligenda eterna bona ut eo expediri deo possit per amorem adhxere. quia ut dicit origenes. quod deus non dilectionem horum que in mundo sunt. sed usum hominibus dedit. Dicit etiam beatus augustinus. Non facile inueniuntur qui diligunt bona interiora id est ad interiorum hominum penitentiam

que sola diligenda sunt. ceteris autem
ad necessitatem utendum non ad gaudium
fruendum. nam si anima dedita temporalibus
voluptatibus semper exardescit cupiditate.
nec faciri potest. et multipliciter erum-
pente cogitatione dissenta simplex bonum
videre non sinitur. **U**n amatores eterni-
tatis esse debemus. si vni deo et domino no-
stro cupimus inherere. **E**t sciendum quod di-
cit quedam glossa. Non valent simul
transitoria et eterna diligere. ergo qui et
temporalia diligit. temporalia in usu non in af-
fectu possidet. **H**ec glossa. **D**ebet ergo qui
curam adhibere diligere. ne temporalia
bona diligat nec etiam in eisdem quod ad
vsum habet fiduciam ponat. nec etiam in
his que sibi habundanter assunt vanam
letitiam habeat. **D**e hoc beatus gregorius.
xxij. mora. sic ait. Prius itaque curan-
dum est. ne quis temporalia diligat ac de-
inde. ne in eisdem temporalibus quod non ad telec-
tationem sibi sed ad vsum retinet fiduciam
ponat. quod sunt plerique qui et si in rebus
transitoriis fiduciam nequaquam ponant. cum tamen
sibi ad vsum necessaria habunde as-
sunt mente tacite letant. quod in re dubi-
um non est. quod quanto quis minus dolet
quod deficiat eterna. tanto magis gaudet.
quod assunt temporalia et qui minus dolet quod de-
ficiat temporalia certius expectat ut assint et-
terna. **H**ec gregorius. **U**n sancti viri desiderant
res videre spiritus sui perditio. omnem pre-
sentis seculi habundantiam inopia estimi-
nant. quod menti veraciter querenti deus
nihil est in rebus creatis quod ei extra
deum sufficiat. **Q**uod beatus gregorius. xxij. mora.
sic tangit dicens. Sancti quippe viri
in huius peregrinationis eterna. qui eam
quam appetunt. sui adhuc perditio spe-
ciem preemplari minime finem. omnem
presentis vite copiam inopia deputant quod
vix quod nihil extra deum sufficit menti. quod
veraciter deum querit. **E**t plerumque eis sua
habundantia fit vehementer onerosa. quod

hoc ipsum graviter tolerant quod festinan-
tes ad patriam in itinere multa portant
Un fit ut hec cum indigentibus proximis de-
votione prius. electi quod de multa habundantia
minime letant. quod vix pro amore ce-
lestis patrimonii aut largiendo disper-
gunt aut despiciendo deserunt. **H**ec gregorius.
Et notandum quod sunt quidam pauperes
spiritu et non tamen ut qui libenter eunt
pauperes rebus sed non permittunt qui diviti-
as non pro eorum amore possident sed pro amo-
re dei ut cultum dei pro eis amplificent vel
amori proximi in deo ut proximis in sub-
veniatur pro obedientia iuncti principatus
ut beatus papa Gregorius. **E**t alii sancti
episcopi qui pauperes elegerunt esse sed
iussu divino aliter ordinatum est. ut prin-
cipes terre constituerent et dispensatores
republice ecclesiarum pro aliis. et in se pau-
peratis propositum non abicietes tanto lau-
dabiliores paupertatis sectatores. quan-
to etiam in divitiis ab eius amore non
sunt separati. **U**n dominus noster loculos
habebat cui angeli ministrabant nobis
per hoc condescendens. ut sicut nos
movendo excitabat ad summa. ita no-
bis etiam conpateretur ad infima. **D**e
hoc dicit beatus Augustinus. **Q**uare
christus habuit loculos cui angeli mi-
nistrabant. nisi quia ecclesia ipsius lo-
culos erat habitura. oportebat enim ut
vnius mediator dei et hominum sicut
nos excitavit ad summa ita nobis con-
pateretur ad infima. habebat enim do-
minus loculos et a fidelibus oblata con-
servans in suorum necessitatibus. et a
liis indigentibus tribuebat. tunc prin-
cipium ecclesiastice pecunie forma insti-
tuta est. ut intelligeremus quod prece-
pit non esse cogitandum de crastino.
non ad hoc fuisse preceptum ut nihil pecu-
nie servaretur a sanctis sed ne ideo pro-
pter ista servaretur ei. et propter inopia-
torem iusticia deseratur. **H**ec beatus

Augustinus. Ex quibus verbis colligere possumus quod serui christi non solum possidebunt celestia sed etiam in presenti terra per usum necessario. et ideo utuntur his rebus. tamquam non utentes. quia in gloria dei omnia faciunt. quod probat beatus Bernardus. sic dicens. non putent diuites huius seculi fratres christi sola possidere celestia. quia sola ea audiunt in promissione possidere et terrena. et quidem tamquam nihil habentes sed omnia possidentes non mendicantes ut miseri sed ut dei possidentes. eo pro certo magis deus quam minus cupidi. **Demum** fideli homini totus mundus diuitiarum est totus plane. cui tam aduersa quam prospera ipsius equa omnia seruiunt ei et cooperantur in bonum. Ergo auarus terrena esurit ut mendicus. fidelis preternit ut dominus. ille possidendo mendicat. iste preternitendo seruat. **Si** habere contingat argentum et aurum non utere pro libito sed pro tempore. sic eris utrens illis quasi non utrens hoc verbum. **Nam** secundum dictum cuiusdam doctoris nihil habere interdum est res necessitatis. nihil autem cupere est res virtutis. mirabilis enim est non in herede rebus possessis quam omnia relinquere hoc ille. **Notandum** etiam quod sunt quidam pauperes spiritu et rebus qui diuitias non habent nec habere vellent. qui omnia propter christum preterierunt et reliquerunt. hi tanto feliciores sunt. quanto a laqueo cupiditatis elongati. hoc igitur virtus vicis voluntaria paupertas est. quoddam genus martiris. teste beato Bernardo qui dicit. **Felix** voluntaria paupertas relinquendum omnia et sequentium te domine Iesu. vere martiris est genus voluntaria paupertas. **Quid** mirabilius aliquid martiris genus quid grauius est quam inter epulas esurire inter vestes malaras et preciosas. algere. paupertate primi inter diuitias. quas offert mundus. quas

ostendit malignus. quas considerat non steter appetitus. an non coronabit qui sic certauerit hoc Bernardus. **Sed** et hoc **Notandum** quod multum valet ad pretempum mundi ac rebus terrenarum frequens memoria mortis. et meditatio futurorum tormentorum seu gehenne. quia in huiusmodi qui diligenter meditati fuerint de facili cuncta preternit. **Unde** dicit beatus Hieronimus. facile contemnit omnia. qui se semper cogitat mortuum. **Dicit** etiam de hoc Johannes. abbas montis sinai in tractatu de. xxx. gradibus. **In** veritate christi Ihesum diligens et in corde et corpore portans. in veritate futurum regnum participare inquit in veritate dolorem de peccatis suis et offensionibus suis habens. in veritate memoriarum tormentorum et iudicij eterni possidens. in veritate sui exitus memoriam reassumens. non ulterius curabit vel sollicitus erit. non de pecuniis. non de possessionibus. non de parentibus. non de gloria vite presentis. non de amicis. non de fratribus. nec de terrenis aliquibus vniuersaliter. sed omnem suam habitudinem et affectum omnem ad aliquid passiuem. omnem de his sollicitudinem exciuciens. et odiens. insuper et suam ipsius carnem nudus. et sine sollicitudine et absque pigritia sequitur christum. ad celum semper inspiciet et inde auxilium inuocabit secundum psalmistam. qui dixit. **Ad**hesit anima mea post te. **Sed** profusio maria exiit vniuersis predicta relinquendum post uocationem. ad quam uocauit deus et non homo. de aliquo sollicitari et curare non valent. nobis utilitatem facere et predesse in hora necessitatis non stre vicis exitus nepe istud est quod dominus dixit. **Conuerti** et aspice retro non est aptum inueniri ad regnum celorum hoc Johannes. abbas. **Ex** istis igitur vobis colligere possumus paucos esse moderno tempore

qui res temporales ac mundi gloriā
 veraciter premnant. qz pauci modo re
 perit. qui deus pfecte diligūt et mor
 tem corpis seu tormenta eterna pecca
 toribz pparata veraciter añ mentis o
 culos ponant. nā si deum veraciter dili
 gerent et obitū suum ac gehennā ignis
 eterni pfecte attrēderent. pfecto res ter
 renas et gloriā mūdi premnerent nec
 amarent. **Uñ** quāto quis pfectius di
 ligit deū et diligentius attrēdit suū oc
 casum et futurū iudiciū. tanto expediti
 us premnit mundū. et ea que in mūdo
 sunt. Quāto vero quis tepidior est i
 dei amore. et in ceteris iā pmissis. tan
 to etiam negligentior ac tepidior est i
 premptu rex tpaliū ac ceterarū vani
 tatū. **Sciēdū** etiā qz paupertas
 tres sunt spēs. Sunt em̄ qui rebo
 tpaliū egent sed inuiti. et hęc solent
 cari egestas. egent em̄ rebo et egent bo
 na voluntate. qua dicitur nihil pōt eē
 nihil em̄ dicitur bona voluntate. Sed et
 aliq̄ qui rebus habundant sunt tñ pau
 peres et hęc est aurea paupertas qz licet
 affluant diuicie. corda tñ nolunt appo
 nere hęc et illa piculus habent. sapiēs
 autem periculum vitat. Salomon au
 tem sapiens erat. qui nō desiderabat
 paupertatem. aliaz q̄ illam que daret
 victui necessaria. que ē illa mediocri
 tas. Est etiā adhuc tertia species hanc
 vocant p̄bī. frugalitatē. **Unde** Bene
 ca. in epistolis ad lucillū cū laudaret
 paupertatē voluntariā. sic ait Frugali
 tas idem est qz voluntaria paupertas.
 Et he sunt tres vie et tres gradus Ege
 stas. mediocritas. diuicie. qui gradi
 untur per illas. pauper. mediocris. et
 dives. **Mediocritas** ē via media que
 tenenda est. qz ducit ad ciuitatē sum
 mi regis. a dextris vero et a sinistris
 sūt egestas et diuicie. mediocritas tri
 bus simul id est paupi mediocri et di

uiti meabilē et puia. i alijs vero dua
 bus nō ē sic. in vna em̄ agustat p ege
 statē. i alia nō errat p supbiā. nō p̄co
 rñ qz q̄cūqz diuicias possidēt. vel q̄ la
 borāt egestate ad ciuitatē summi regis
 puenire neqant. s; dico qz securior est
 mediocritas tenētibz illā q̄ sint diui
 ci vel egestas. **In** p̄ciosa em̄ veste sup
 bia. **In** p̄anositate nō alene rei p̄cupi
 scētia timetur. mediocritas vero quasi
 mensura qdā ē. **Uramur** ḡ mediocri
 tatis mēsurā. **De** hoc fixus sic dicit.
Sivis cū leticia vivere. noli m̄tra col
 ligere. oīe qd pl⁹ ē hōi q̄z necesse ē mi
 micū ē illi. **Nō** amplius possideas q̄z
 vsus corpis poscit. **Sufficiēciā** siude
 seruare. p̄tētus esse mediocritas stude
 hęc **Sixtus**. Sed qz paupertas ē con
 temp⁹ mūdi specialiter p̄inet ad mo
 nachos et ad p̄onas religiosas. q̄ abre
 nūciauerūt p̄prietatē et fecerūt v
 tū paupertatis et nihil p̄p̄ h̄ndi necē
 est. vt q̄libz religiosus studiosē iugit
 ler. **Ten⁹** hoc qd vult deo diligenter
 adimpleat. volūtariā paupertatē obseruā
 do. et se ab omni p̄prietate cauēdo. vt
 post hāc vitā regnum celoz possit pos
 fidere. **De** quo dicit dñs. **Beati** paup
 es spiritu qm̄ ipoz est regnū celoz. **S**
Sed notandum qz sunt nōnulli religi
 osi. qui quidem paupes esse volūt sed
 tamen sine omni defectu qd satis rep̄
 hēnsibile est. **De** quibz d̄t bea. bernar.
Videmus aliquos pauperes. qui pau
 peres esse volunt eo tamē pacto. vt ni
 hil eis desit. et sic diligunt paupertatē
 vt nullam paciantur inopiam hęc ber.
Et sunt nonnulli religiosi qui in rebo
 paruis vel alijs quibuscunqz a p̄la
 ris sp̄orum eis concessis vtputa libel
 lis cultellis vestibus et ornamentis a
 lijsqz diuersis etiam in spiritualibus
 rebus delectacionem inordinatāz ha
 bent et in talibus superfluitatē diligūt.

quorum affectus per huiusmodi vanitates viciatur. quia sicut aurum habere non est viciū sed auri cupiditas. sic habere cultellum vel aliam rem non est viciū sed appetitus inordinatus illarum rerum est viciū. **U**n̄ beatus bernardus? Non multū distat quicūque substantia vilis vel preciosa requiratur. dūmodo eque liter sit corruptus affectus non cultelli viciū est sed cultelli appetitus. nec aurum viciū est. seruari cupiditas hec Bernardus. **U**nde quilibet religiosus nūc vigilare debet ut non solum sit pauper habitu sed etiam spiritu omnem cupiditatem quarūcūque rerum a se excludendo ut regnū celorum assequi valeat. a domino repromissus. Sic igitur habemus de contemptu mundi et de virtute paupertatis.

Filius

Habita nunc informatio de contemptu mundi et de virtute paupertatis. que iam virtus sequatur paupertatem de hoc cupio edoceri

Capitulum X Pater G

Sobrie debes quod

post contemptum mundi seu paupertatem sequitur virtus sobrietatis quia qui pauper est in rebus. sobrius est in victu. nam inopes propter defectum facultatum alimenta delicata et superflua habere non possunt et ideo sobrie viuunt. maxime tamen hi hoc faciunt. qui propter Christi amorem diuitias seculi preterierunt. **N**otandum autem quod sobrietas est virtus. qua corporis alimenta cum moderatio admittuntur in cibo potu et somno. **S**umitur etiam pro moderamine ab omni superfluitate. et in temperantia mentis et corporis. vnde dicitur. **S**obria mens et sobrius sensus. sed prout accipitur pro restrictione alimentorum. illa est que et phronesis vel abstinentia dicitur. et opponitur vicio gulae vel castimoniae

que est ventris ingluuies. **E**st autem sobrietas alia medicine. alia auaricie. alia hypocrisis. alia paupertatis. alia religiositatis. medicinalis fit propter sanitatem corporis seruandam vel recuperandam. **A**uaricie. ad percipiendum expensis. hypocrisis pro humana laude paupertatis pro necessitate pecunie. religiositatis vero pro virtute obtinenda. pro vicio calcando. pro penitencia agenda. pro edificatioe primorum. pro gloria eterna promerenda. pro arduo intellectu in sapientia inquirenda. nam sicut fenestra obstructa lino. obreuebratur. ut sepe videmus. sic per superbia dicitur intellectus obscuratur. propter quod sobrietas est diligenda. **S**obrietas autem sicut omnis virtus tunc solum est corporis deo meritoria. si propter deum principaliter fiat et secundum deum. **E**t **N**otandum quod homo interior debet regere hominem exteriorum id est corpus proprium et sic debet ei prouidere prudenter ut necessaria prouideat nec aliquid superflui impendat ut non deficiat ante tempus et penuria vel labore nec lasciuat et habundantia et quiete. **D**eber autem intentio hominis sollicite circa studium sobrietatis et discretio inuigilare. quia non propter corpus anima est creata. sed corpus propter animam. ut illi seruiat et cooperetur ad perfectum salutis et virtutis. anima vero propter deum creata est. ut ei inhereat et in heredo suauitate ipsius fruatur. et in fruendo sit beata. **E**t sciendum quod sobrietas in tribus consistit videlicet in quantitate qualitate et modo. **I**n qualitate ut non delicata et preciosa et sumptuosa requiratur sed simplicia quibus valeat sustentari natura non irritari et que de facili possunt haberi. **I**n quantitate ut non nimis nec sepius quod decet sed temperate ut sit refectio corporis non onus. **I**n modo ut non im-